



Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/pictapoesisvtpic00anea>

PICTA POESIS.

VT PICTVRA POESIS ERIT.



L V G D V N I,
Apud Mathiam Bonhomme.

1552

CVM PRIVILEGIO.

AT 319

IL EST COMMANDÉ de la part
de Monseigneur le Lieutenant general, au gouuer-
nement de Lyonnais, à Macé Bonhomme Im-
primer ce present œuvre Intitulé *Picta Poësis*,
tant en latin, que en Francois, avec inhibitions &
defenses à tous autres de l'imprimer ou faire impri-
mer dedans trois ans, sur peine d'amende arbitraire,
& de confiscation desdites impressions.
Fait à Lyon, le vingtneufuième d'Aoust mil
cinqcens cinquante deux.

I. Tignac.



AMPLISSIMO VIRO,
D. PHILIBERTO BA-
BO ANGOLISMORVM
EPISCOPO
BARPTOLEMAEV S ANVLVS
BITVR IX s.



OC EGO TE POEM A-
tio dono (VIR Clarissime)
et quantū in me est: honoro.
Quod certè vt insolens: ita
nouum tibi fortè videbi-
tur. Sed nihil obstat quó-
minus vt quemadmodum quod nouum est, tem-
pore tandem veter ascit: sic quod vetus est, tem-
pore renouetur. Nimirum antiquum illud pi-
gnus amicitiae, tantò melioris, quanto vetustio-
ris, inter nos iam olim cōtractæ, dū in&qua-
lis sortis discernendæ per ætatulā nescij, apud
Biturigum Metropolin, in magnifica IACO-
BI C O R D I S domo, sub prudētiß. & eru-
ditiss. viro SIMONE DAGOBERTO,
cum tribus vñ à fratribus tuis, alijsque nobilif-

simis tūm pueris, nunc autem viris ornatissi-
 mis, primū in literis institueremur, arctissimā
 que familiaritate cōiuncti essemus. PORRO
 ab illo tēpore elapsis triginta, & amplius an-
 nis, cūm ego te nunquam posteā viderim: non
 potuit tamē non perpetuō meminisse. Tanta in-
 sederat animo meo, & tui tunc admiratio, &
 prudentiæ, & virtutis in te olim futuræ præ-
 saga existimatio. Quæ adeò non fefellit: vt
 omnem etiam (quantum de te audiē sciscitans
 iactari audio) animi mei præsumptionem supe-
 rarit. Ex quo fit: vt quæ mihi (dum simplex
 utriusque nostrūm ætas, Fortunā, & Genesin
 disparem parum secernebat) prima fuit tui di-
 ligendi cauſsa: ea nunc adaucta incrementum
 quoq; det amori: qui illa orceptus ætate, illisque
 studiorum principijs inchoatus: in senectutem
 usque firmissimè durat, religiosa quadam im-
 butus necessitudine. Ergo ego per hūc oblatum
 qualemcumque libellum, quasi veteri Falerno
 nouum Hymettium admiscens: veterem illam
 inter simplices pueros necessitudinem, reuoco in
 nouam, & præsentem tuæ dignitatis obserua-
 tionem, & Fortunæ ex prudentia factæ gratu-
 lationem. Quam DEV'S O continuis augeat
 successibus. Vale. Idibus Sept. 1552.



AETIOLOGICA PRO- PHASIS.



V M AGATHAN-
dro Lugdunensi Typogra-
pho mihi nonnulla est ne-
cessitudo, cuius ergò, fami-
liariter aliquando Musæum
eius ingressus: incidi in ali-
quot imagunculas in æs in-
cisas. Quarum ego vsum cùm essem percōtatus,
is nullum esse respondit. quòd inscriptiones ad
picturam alludentes non haberet. aut si quas
habuisset, sibi periisse adfirmauit. ibi ego tales a-
conas non temerè effictas esse ratus, recepi me
ex mutis, & mortuis, vocales, & viuas effecturū:
inspirata viuacis Poëseos velut anima. quod
quàm alacriter recepi: is alacriùs excepit, itaque
statim cœptū est opus: in eo progressum: & tan-
dem peractū versibus latinis, nonnullisque
Græcis. maiori tamen labore, minori q; existima-
tione: quàm si ex meo ipsius libero commento
fecissem. Quanquam non adeò anxiè laborans
coniectari quid Agalmatographos ille Apho-
nos (quicunque fuerit) in animo habuisset: quàm
quod mihi esse imagini aptum videretur: id

p̄uθinōs adſingere , partim ex meis conceptibus ,
 partim ex optimis vtriusque linguae autoribus
 defumptum . Et tanquam Lesbia ad hoc ſtru-
 ctum regula ſum uſus, nimirū nō Picturā Poēſi
 (vt decuit) ſed Poēſiā Picturæ iam exaratæ (vt
 neceſſe fuit) adaptans . N̄ δία καθ' ὕγερον τρόπε-
 τον . id que mihi negotij credidi ſolūm dari:
 a conib⁹ ut conuenirent, quos feciſſem uerſus.
 Quod ego mihi videor propemodum adſecu-
 tus . Si cui autem vellicatori minus feliciter: aut
 minus propriè videbor: Is ſciat moleſti⁹ eſſe, alie-
 niſi inſiſtēdo uestigijs, inter angustias ſubſequi:
 quamlibero gressu per apertam planitem ex-
 patiari . Nullam etenim ex omnibus imaginem
 delineandam, aut ex calpendam curauit ex mea
 deſcriptione, proq; meo arbitrio (quod facilio-
 riſerat operæ) præterquam Symbola, & Stem-
 mata, & Matrimonij Typū, cum tredecim alijs
 ſparſim admittiſtis: vt perficeretur Hecatontas,
 cum cumulo, & accessione. explerenturq; pagi-
 nae aliquot inaneſ, natura vacuum non patien-
 te . In cæteris verò pro mea diuinatione verba
 rebus quam potui conuenientiſſima accommo-
 dare ſum meditatus . Ut præmortuaſ, ſemisepul-
 taſq; imagines in vitam, & lucem reuocare:
 ingenium meum exercerem: lectorum vt oculis,
 ſic animis ſatisfacerē: Deniq; V I R O B O N O
 & amico obsequium præſtare: Et hęc eſt ope-
 ris uſcepti cauſa .

DIVINI SPIRITVS INVOCATIO.



OMNE bonum munus, quod ab omni parte beatum
 A Patre luminis est desuper adueniens.
 Ergo opus orditur quisquis quodcumque Poëta:
 Inuocat hic primum numinis auxilium.
 Carmina sic quoque nos scripturi picta, precamur,
 Cœlesti ut nobis luceat igne Deus.

A 4



PICTA
GENTILITIVM BABORVM
STEMMA.



EN MANVS insignem ramum quæ porrigit vltro,
 Munus Amicitiae, Pacis & indicium.
 Ramus hic infernæ Iunoni ritè sacratus,
 Perpetuæ auricomæ frondis honore virens,
 Quem sibi pulchra suum offerri Proserpina munus
 (Vt pius Aeneas obtulit) instituit.
 Littera Pythagoræ discriminæ sectæ bicorni
 Cuius & in gemino palmitæ picta patet.
PORRO tantarum quæ sint mysteriarerum:
 Dicere (cùm nemo nesciat) ecquid opus?
 Hoc gentilitium clarorum est stemma Baborum,
 Haud minimū quibus es, Tu Philiberte, decus.



B. ANVLI, ΣΦΡΑΓΙΔΙΟΝ.
ΑΙΩΝΙΟΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΑΙΡΟΝ.



O B S C V R I generis cùm sim: nullumq; feratur
Α` Gentilij s nobile stemma meis.
Et mihi cùm fuerit pater Anulus, & Rosa mater:
Ex vitroque meum schema parente gero.
A N V L V S in se reuoluti circulus anguis,
Αeternum signans est Hieroglyphicon.
At R O S A, corporis est nota non obscura caduci:
Quæ perit hoc cōdem, quo fuit orta, die.
Scilicet ut quoniam mortali corpore consto,
Αeternaq; anima: Symbolon hoc habeam

A 5

F.

TYPOGRAPHI AGATHANDRI
SYMBOLVM.

ΕΚΤΟΥ ΠΟΝΟΥ ΚΛΕΟΣ.



PERSEVS saxifica caput exitiale Medusa
Victor periculi gerit.

Aegide Palladia armatus, clypeoq; corusco,
Acuta & Harpe Mercuri,

Vertice pennato, geminis talaribus: auras
Carpens, volat mirabilis.


Despicit, ac infra se homines in saxa stupentes:
Fusis humi serpentibus.

ECQVID id est? Cùm absoluit opus Sapientia pulchrū
Acumine Eloquentiæ:

Euehit altè (adèò genus ut mortale stupescat:)
LABORE PARTA GLORIA.

CHALCOGRAPHIAE LVGDVN.

MÝΘOS.



Cv i iaculum, iaculoq; animus præst antior omni,

Atque Leoninum vis erat exuuium:

CADMVS Agenorides præst as facū dia, & armis:

Vt iaculum penetrans, vt Leo magnanimus,

Vexit in Europam literas Phœnicibus ortas.

In quibus humanæ circulus est Sophiae.


Quarum quinque (alijs se collidentibus vltro.)

Plena vocales integritate manent.

Ac terrestribus has animis inseuit: & artes:

Civiles homines fecit & ex rudibus.

Fictus



FICTVS ob hoc vigilis dentes sparsisse Draconis:
Exq; satis natos dentibus esse viros.

Qui se occiderunt per mutua vulnera tantum

Post reliquos cæsos, quinque superstibus.

Ex quibus est hominum post multiplicata propago:

Qui primi Thebas incoluere nouas.

HVIVS ad archetypum, literas qui spargit in urbe

Quæ nomen, vires, stemma Leonis habet:

Quiq; libris homines sapientes perficit: An non

Iure pari possit dicere Chalcographus?

SEMINO SERPENTIS DENTES IN PELLE LEONIS.

Hoc est LVGDVNUS, Qui Leo Gallicus est.



IN ADVENTVM HEROIS SAN-
CTANDRAEI LVGDVN I GV-
BERNATORIS.



HANNO manu primus fertur tractasse Leonem
Pœnus: & artifici Dux catus ingenio.


Ast hunc quem penes est Regis manus, atque potestas
Quā mirabilius posse LEONTOPOLIN?
Posse Leontopolin LVGDI moderarier urbem:

Quæ nomen (Celtan voce) Leonis habet.

ΩΣ χαρχησένι & Άννωρ ἀπέθεξε τίθασορ.

Δεινῷ χ' ἡπιαλᾶς χερσὶ λέοντα φόβῳ.

ΩΣ πολιτευεσθί ἀγαπήτε δικῆτε προστύχει
Η καθ' ὁμωνυμίαν ἡ πόλις ἐγί λέων.





CORPORE sit duplicitis formæ Hermaphroditus invn
 Vnâque sit facies fœminæ, & vna viri.
Oscula dein, gemino velut ore reciproca dentur:
 Quæ blando alternæ sunt in amore vices.
Hinc vtrunq; Sophos carnem vnam dicat: at inde
 (Dum pugn. int:) Satyrus rideat esse duos.
Carne quòd esse duos cornutus Hebræus in vna
 Iusserit: hoc corpus denotat Androgynon.
At quòd non deceant diuisos iurgia sponsos:
 Id Satyrus μῶρος qui reprehendat: adest.
Casibus aduersis solatia virinque ferendis,
 Sintq; decussatim brachia iuncta cruce.
Sic vt dactylion dexiro super ubere lœua,
 Corq; sinistro habeat dextra manus latere,
Ille fidem sponsam, viuacem hoc signat amorem.
Vnâ ut conueniant hinc amor, inde fides.

Tum laqueus cingens (ὸς ἀρουρὸς εὐδότις εἰς)

Ac capite usque pedes pendeat implicitius.

Sic tamen ut velet nodo coeunte pudenda.

Et notam sexus non sinat esse notam

Nempe maritalis, nodusque uxorius: ambo

Dum coeunt: tecto membra pudore ligant.

Folliculusque iugo super impositus caput ornet.

Tum quia suave iugum: tum leue quod sit onus.

Porrò, frugiferis iuxta stet frondibus arbos:

In cuius ramis plurima sidat avis.

Rostra insertantes, atque oribus ora columbi.

Et satis ex una, Turtur Turtur habens.

Proque suo factu plumis spoliata Palumbis.

Concordi Cornix in grege semper agens.

Pelicanus item transfigens pectora, vitam

Qui pullis proprio sanguine restituit.

A R B O R stirpe ferens fructum genitalibus aruis,

Cornubium est: pulchro germine prolificum.

Morigerum officium misto notat ore Columbus.

At Turtur si di signa pudoris habet.

Inque suos pietas deplume notata palumbe est.

Concordes cornix signat amicitias.

Tum Pelicanus cor rodens, cura parentum est.

Qua se pronatis (quos genuere) necant.

D E N I Q V E Fit capo procul apparente τάχεπον

Σὺν τὲ δὲ ἐρχομένῳ bubequa bobus arans.

Isque sit aequalis munus commune laboris.

Comparque augendæ sollicitudo rei.

H A E C est coniugij bene conuenientis imago

Signum in legitimo connubiale thoro.



IUPPITER in medio spectabilis æthere stans est.

*A*ssidet huic superum cætera turba Deum.

*H*ic contemplatur, spectant illi otia agentes.

O! γε θεοὶ τὸ θεῖον ὡσὲ νομιναζόμενοι.

*A*ltera turb. i viam affectat (qua lactea) cœli.

*I*ndigerum sisti concilio properans.

*I*nfracapipedes sublati cornua Panes

*S*uspiciunt. terris sed tamen usque manent.

HOC triplex genus est, Hominū, Heroumq; Deūq;

*I*mparili qui sunt ordine dissimiles.

*S*umma quies superum est, & contemplatio. Virtus,

*C*andida, semideos ducit ad astra viros.

*A*t quorum affectus rebus terrestribus hærent:

*H*i tanum cernunt Sydera: non adeunt.



CHIRON Naturæ cur fingitur esse biformis,
 Anterioris Homo, posterioris Equus?
 Contentoque arcu volucrem torquere sagittam:
 Ardua stelligeri qua petit astra Poli?
 AN quia forma hominis ratio sū propria? Brutis
 Quadrupedis, proprium sit labor officium?
 Ut quisquis studio aut opera contendit ad alta:
 Huic sit coniunctus cum ratione labor.


B

18 PICTA
PERFIDVS FAMILIARIS.



PER medium Brasidas clypeum traxit ab hoste:
Quoque foret Iesus ciue rogante modum.
Cui fidebam (inquit) penetrabilis umbo fecellit.
SIC CVI saepe fides credita: proditor est.



AMORVM CONVERSIO AD
STVDIA.

CVM Satyrus nympham petulans sequeretur amatam:
Incidit in lamam cæcus arundineam.

Dumq; ibi pro mersa suspiria dicit amica,
In calamis suauem sensit inesse sonum.

Protinus ergo **V A L F** longum tunc dixit Amori
Nymphæ: quem pepulit Musicus alter amoris
Ad calanos animum conuerdit namque canoros.

Septenis quibus ex tibia facta fuit.

N Y M P H A Latens, vbi se neglectam sensit: vt œstro
Percita per latos vacca currit agros.

H A E C ab amoribus ad studia est conuersio. cū quis
A scorto ad libros vertitur, & calamos.

Est satyrus iuuenis scortator: arundo, Puella
Flexilis in quemuis (det modò dona) virum.

Quæ fugit & latitat tunc cū se sentit amari,
Oestro deinde velut bos citæ, spretæ fugit.

Ἐστι οὐτιμαχεῖται τοτὲ ἔβα μὴ τῶν γοτθέπινδων

Ως οὐταργός φίλορ μὴ φίλος λὼ θύεται.

Fistula disparibus septem compacta cicutis,
Iunctas septem artes denotat ingenuas.

PICTA
SAPIENTIAM SEQVITVR
ELOQVENTIA.



CUR stat Athenarum Pallas super arce suarum?

Cur venit & penna præpete Mercurius?

Cur magicæ portas aperit molimine virgæ?

Et faciles aditus (quò velit ire) parat?

Cur sedet ante fores prohibens intrare puella?

Quæliuore nigro facta repente lapis?

AN quia Socratica est sententia: in urbibus esse

Vnde queas aliquid discere: rure nihil?

An quia ubi regnat Sapientia mox volat illuc

Facundi ille lepos Atticus eloquij?


Qui sophiæ reserat portas. & cui venienti

Obstans: muta stupet, ceu lapis, inuidia.




Quid magis est durum saxo? Quid mollius vnda?
 Duratamen molli saxa cauantur aqua.
 Πέτραρη κοιλάνει ράνις ὑδατός ἐνδελεχέη
 Καὶ πόνος ἐνδελεχής πράγματα πάντα τελεῖ

B 3



MORS PERNICIOSORVM
GRATISSIMA.



BESTIA noxia sus, quæ spes intercipit anni:
Viu a nocet tantum mortua tota iuuat.
Ergo vbi mactatur brumali mense Decembri:
Purpureamq; animam guttura secta vomunt:
Vir Mulier, Pueri impexi innuptaq; Puellæ
Conueniunt, gaudent, Lætaq; flamma micat.
Dividitur corpus membratim, Otaria, Pernæ,
Caud. i. caput, xenio distribuenda nouo.
Flatilis in partem vesica venit puerorum.
Cætera proficuis exta parata cibis.
SIC VBI quis perijt Epicuri de grce porcus:
Cui Deus est venter: pro sale cui anima:
Omnia qui viuus vertit sursum, atque d'orsum:
Congereret ventri quo malè uersa suo:
Plauditur. Et cunctis eius gratissima mors est:
Qui vixit cœno deditus, atque gulæ.
Nam multi pascuntur eo, quo pinguit unus.
Cum corpus multis unius interijt.
Incipit & prodeesse simul, cum desinit esse
Ignarus viuens, mortuus vtilior.



RUSTICVS urbanas dum forte intrasset in aedes

Dorophago portans munera caussidico.

Caussidicum offendit parte(hoc est ore voraci)

Sumentem lautos anteriore cibos.

Posteriore autem,clysterem vrgebat in aluum

Pharmacopola olido pronus aqualiculo.

E Q V I D agis Patronē?(cliens huic rusticus) illi
Caussidicus. C A P I O P A R T E A B V T R A Q V E S I M V L.


B 4




HOMINI EX HOMINE MATE-
RIA, EX DEO FORMA.



CORDA ferit telo Deus autor amoris eodem.
Iunctis connubij fædere corporibus.
Hinc genitos & ali iubet à Chirone biformi.
Cui rationalis pars, animalis & est.
SIC pueri ex hominam coitu nascuntur amoris.
Quæs vitam vegetat cum Ratione Deus.



DIVITIBVS, TEMPVS OMNE
COMMODVM.




MAGNIFICA medius sedet altè diues in aula:
Circunstant varij quatuor hunc famuli.
Vnus habet veris flores. Fructus gerit alter
Aestatis, cornu diuite suppeditans.
Porrigit in calatho maturas Tertius vnas.
Multiplicem vestem denique quartus habet.
At stat pro foribus mendicus Homuncio: panem
In lacera, gestu supplice, veste rogans.
SCILICET id signum, quod agentibus otia tutis
Commoda tempora sunt omnia diuitibus.
At contra signum, quod mendicantibus: omni
Tempore, deficiunt omnia Pauperibus.

B 5



VER, Aestas, Autumnus, Hyems, Ha quattuor annis
Sunt tempestates, orbe volubilibus

QVATTUOR etates homo sic habet integer aui.
Qui puer, hinc iuuenis, mox vir, & inde senex:
Aeterno ut similis mundo reuolutio vita
Nos itidem aeternos arguat esse homines.



MULIEREM TANGERE, MALVM.



RUSTICVS algentem boreali frigore Faunum
In sua deduxit tecta, laremq; foci.

Montano Satyro (quem nunquam viderat) ignu
Pulcher, & aspectu visus amabilis est.

Viderat hic Solem: similem esse videbat & ignem
Soli: quoquid habet Mundus amabilius?

Ergo ratus Solem media fornace camini

Illapsum domui, semiferus Satyrus:

Protinus amplecti voluit, dare & oscula flammæ.
Rusticus at cohibens, hunc ita corripuit.

Parce. nisi abstineas tibi barba cremabitur, Hirce.

Quodq; vides pulchrum: noueris eße nocens.


Namque videre procul iuuat: at propè tangere ludit.
Contactu abstineas: intuitu fruere.

HAEC adolescentes lasciuos fabula, pulchræ

A Veneris flammis admonet abstineant.

Pulchr am etenim formā, sub qua muliebre venenū est:


Vt vidisse placet: sic tetigisse nocet.



CANDID'A Cygnus avis suprema etate canora est.
 In quam verti homines tabula picta docet.
Nam sunt canitie Cygni, dulciq; canore,
 Virtute illustres, eloquioque senes.
 Dulce vetus vinum: senis est oratio dulcis.
 Dulcior hoc ipso quo sapientior est.
 Οὐ γὰρ ἀπὸ γλώσσης μελιτῆς γλυκίωρ ρέειν ἄνθη
 Κυμηῖορ ταύλις ὕσμα γέροντος ἐνηρ.



SEQVITVR SVA POENA
NOCENTEM.



CONSCIUS offendarum, animusq; suipius vltor.
Vluit in inuita: vita cum viuere nolit.
Cumque mori exoptet: sua mortis vulnera sentit.
Nec tamen emoritur: sed fert sua tormenta secum.
Carnificemque sui cum seipsum sentiat: a se
Vellet abesse quidem. Sed adest, ac usque rotatur.
Ut miser Ixion. Et se sequiturque, fugitq;.






SI QVIS fœmineum tentat corrumpere sexum
 Fœmineos mores induat, ac habitus.
 Seposta gravitate viri, multitia sumat.
 Imberbisq; velut fœmina, comptus cat:
 Chromate tum fucus faciemq; manusq; colorebat,
 Pingat & adductam purpur a rubra cutem.
 Sic instrudat, eam quam querit, vadat adortum
 Verbaq; det mistis blandula delicijs.
 Oscula mox iungat, nudos post oscula tactus.
 Cæteræ vis sine vi dissimulata dabit.
 IUPITER hac stuprum simulata Diana Calisto,
 CLAVDIUS uxori Cæsar is, arte tuli t.

SCHOLASTICA GENEROSORVM
CORRVTPTELA.



EN D E A s̄eu a nimis fastu, cultuq; superbo,
Quæ famulam manibus imperiosa ferit.
Ad cuius prostrata pedes, mutatur in vrsam
Virgo: cui fuerat libera forma prius.

PICTA Magistrorum tali est eicone| Tyrannis
Quæ puerū Naturam effusat ingenuam.
Liberiore prius fuerant ut qui indole nati
Supprimat abiectos, cogat & esse feros.



PICTÆ
FONS SALMACIDOS. LIBIDO
EFFOEMINANS.



VALLIS in obscuræ finus est umbrosus opaco.
 Atque ibi turbidulis fons lutulentus aquis.
 Quo qui fonte lauat: calidum restinguat ut aestum
 Quiquam paludosò mergitur in latice:
 Anteà si vir erat bene masculus: exilit inde
 Ambiguo sexu semiuir Androgynos.
 Talem Salmacidos fontem finxere Poëtae
 Hermaphroditus vbi fœmina, virquam fuit.
At réuera hic fons nihil est aliud, nisi cunnus.
 Ardentis veneris suave refrigerium,
 Cuius in obscœna lama qui mergitur: illi
 Firma viri virtus deperit, atque calor
 Naturalis, & hunc effœminat vda libido.
 Viribus effœtis. semiuirumque facit.



V NDE sit ut tonitru horrendo Bombarda frequēter
Dissiliat; rupta tam durimole metalli?

A N quia vi nulla possunt diuersa teneri?
Frigida cum pugnant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris: sine pondere habentia pondus.
Namque sali petræ gelido, sicc'oque repugnat
Sulphur, quod calidum est: quo pinguis liquitur humor.
Ecquid & est grauius ferro? quid durius illo est?
Quid contrà leuius flammis? quid mollius illis?
Ergo nec esse diu simul hæc contraria possunt:
Quin mox erumpant misto cum murmure bombo.

S V C C I D A sic quoties iuuenili sanguine virgo
(Quæ leuis igniculis, quæ molli carne tenella est)
Nupfit decrepito: cui vis exucca refrixit.
Qui grauis est annis. cui nil, nisi callus, & ossa.

H E V quā difficile est lecto ut teneantur eodem,
Quin indignantes furiarum ardoribus, ira
Ille quidem grauis, hæc ardente libidinis igni,
Coningium abrumpant, magno cum murmure gentiss;



IUPPITER, IUNO certarunt, vtra volupta
Sit maior, coitus fœminæ, ànne maris?

Vtrumque expertus index de lite iocosa,

Protulit (vt verum est) pro Ioue Tiresias.
Sæua sed huic vtrix Iuno vsum lucis ademit.

Iuppiter ast æquus scire futura dedit.

HAEC est Iustitia diuinæ Erricula, rependat
Corporis vt damnum dotibus ingenij.

Sensibus externis nam qui ferè destituuntur:

His animi virtus ac rior esse solet.




FACTA IVVENVM, CONSILIA SENVM



Ofælix PRINCEPS! quem circunsistit utrinque
 Viuida vis Iuuenum, consiliumque Senum:
 O contrà, infælix Princeps! cui armata iuuentus
 Plus placet: extruso cum sene consilio.
 Exemplum est Roboam, regno priuatus auito,
 Qui senibus pulsis consuluit iuuenes.

C 2





FISTULA dulce canit volucrē dū decipit Auceps
At loquitur blando dulcius ore Colax.

Sic hecatophthalmon sopiuit cāntibus Argum
Blandula suaniloqui tibia Mercurij.

NEMO adeò vigil est cui non imponere possit
Dulcis adulator nomine amicitia.



PERICVLVM IN TERRA, PERICVLUM
IN MARI. vel NVSQVAM
A MALIS TVTVM.



PER MARE fertur equis Pirata in naue marinis.
Bellua in orbe quibus nulla nocentior est.

In terram prædo sua monstra trifurcifer urget
Virginis ad raptum, quæ fugiens fit avis.
Nam Dea de cœlo spectans, miseransq; Minerua
Perfugium volucrem tollit in aërium.

HEV quid id est? Terra, atque mari violēta malorū
Vis furit. innocui raptibus expositi!

Nulla salus: nisi summa Dei sapientia mutet:
Faxit & ad summos usque volare polos

C 3



SUMMA VIRTVS ADVMBRATAM
VIRTUTIS SPECIEM ABOLET.



AMBUSTOS apud Aethiopas, calidaque Syenen,
Torrida quæ tropico terra sub orbe iacet:

Cum super umbilicum media sol parte diei

Constitit, æstiui tempore solsticij:

Efficit hic nullas tunc sol altissimus umbras.

Lumine nam corpus circuit omne suo.

Quæ prius & rerum nigra spectabatur imago:

Euanescit, & hæc iam patet esse nihil.

SIC ubi TNS ægetns φως λάμπρος, τNS τε σοφίας

Vir clarus, summi luminis exoritur:

Esse videbantur qui non nihil, euanescunt.

Et nulli siunt: qui fuerant aliqui.

OΙΓ- τέπνυται: τοι δὲ σκίας ἀλαγσι

Τὸς λοιπὸς ἀπολεῖ: κήμόν Θεῷ σοφὸς.

VIRTVS INVIDIAM EXCITAT.



QVID sibi vult hastā quod cum virtute vibrata
Inuidiæ reserat Diua Minerua fores?

AN quia nulla sine est odij sapientia zelo?
Liuorique aperit gloria digna viam?

C 4






EN M V L T I F O R M I V M ferarum cūm gregem
 Lector, vides: rixantum inaniter simul
 Tu in vocibus, tum dentibus, tum calcibus.
 Elephant a nempe, maximam orbis belluam,
 Contra Draconem, qui venenosissimus.
 Stolidum Camelum, & versipellem Pardalin,
 Equum ferocem, cornibus Taurum trucem.
 Et maximè Ceratinum Tragelaphum.
 Necnon Chimeram, quæ triformis bestia,
 Leonis ore, (quo superbius quid est?)
 Salacis Hirci ventre, sed cauda aspidis.

VIDERE te puta, simul nugantium
 Turbam Sophistarum ferocem, & barbaram,
 Grandissimarum bestiarum sub polo.
 Qui de Chimaera, Tragelaphoque disputant.
 His nempe de nugalibus, quæ sunt nihil.
 Vel inutilia communis ad vitæ statum.
 Tamen supercilio graui, & clamoribus
 Magnis, frequenter & pugnæ furoribus.


EX DOMINO SERVVS.




CORNIBVS in ceruum mutatum A Et aona sumptis
Membratim proprij diripuere canes.

N AE miser est Dominus, Parasitos quisquis edaces
Pascit: adulantum præda parata canum!
Se quibus irridendum sugerit, & comedendum.
Seruus & ex dominocorniger efficitur.

C 5



PICTA
NIHIL IN AVSPICATO
AD GREDIENDVM.



HEPTAPYLAS Cadmus statuens iam cōdere Theb. is.
Consulit oraclinum A pollinei.

Responsōque dato, sequitur (quaē prævia facta est
Sponte) bouem: inqūe solo, quo stetit, ædificat
Nāmque autore Deo, duce Natura, fuit index
Buccula, præstantis fertilitate soli.


HVIVS ad exemplum, si suscipiatur agendum
QVOD FOELIX, FAVSTVM, PERPETVVM QVE SIET:
Sit Deus autor ad id: Naturāque libera Dux sit,
Quæ constat Stoicis esse Pronœa Dei,

EX METU RELIGIO, vel
VEXATIO DAT INTELLECTVM.



ILUVIO (vt cernis) totū stagnāte per orbem,
Sunt duo in excelsis montibus incolumes.
Lumina qui Diuīnū sacras venerantur ad aras,
Effunduntque pias ore tremente preces.

ARGVIT hoc, homines demum meminisse Deorū;
Aduersis metuunt cūm mala temporibus,
Imque pericla vident:fieri tunc Religiosos
Ceu timor efficiat solus in orbe Deos.



PICTA
PAX ARMATA.



HAEC Quid cœruleo sub peplo signat Amazon:
Quærisum simulans ringitur ore truci?
In manibus cuius gladium prætendit oliua.
Tranquillo pro oleo defluit unde liquor?
SI C pingenda venit mundanæ pacis imago,
Quæ si Etis reparat bella sub induijs.





ARS GEMINA est belli vel vi, vel fraude gerendi:
 Ut victore hostis vicitus ab hoste cadat.
 ecta quasi vulpis fraus. vis quasi aperta Leonis,
 SIT DOLVS AN VIRTVS sed quis in hoste roget?
 rgo Aquila valeant, Lupi, & Vrsi. Minotauri
 Vexillis. VULPES & LEO signa sient.

AMORI CVM PRUDENTIA
NON CONVENIT.




FORTE pharetratus pharetratum Phœbus amor
 Riserat: ac arcus tela Cupidinei.
 Ostentansque suas, victo Pythone, sagittas:
 Spreuerat imbellis, quæ gerit arma, puer.
 Vindictam indignatus Amor molitur. & auri
 Cuspide cor Phœbi figit amorifica.
 Contra, odijs Daphne refugi dat vulnus amatæ
 Telo, cui hebeti plumbea cuspis erat.






Ille amat, hæc odit. fugit hæc: sectatur at ille.
 Dūmque fugit: Laurus facta repente stetit.
 Sic amat, & fruſtra. nec Apollo potitus amore est.
 Vtius Apollinis est, sic Amor opprobrium.
 HAECINE doctorum fors est inimica virorum,
 Vt iuuenes quamuis non redamentur ament?
 Exosque habeat prudentes stulta iuentus
 His ne iungatur ſtipes ut esse velit.



NARCIS SVS liquidis formam speculatus in vnde
Contemnens alios, arsit amore sui.

Tabuit: & sensim venienti in membra stupore:
Ipse sui factus flos Hiacynthus amans.

HINC fugite (ò iuuenes) fons iste Philautia seipsum
Stultus ubi (cùm se non bene norit) amat.




SINE IVSTIA, CONFUSIO.



SI TERRAE Cœlum semisceat: & mare cœlo.
 Sol Erebo. Tenebris lumina, Terra Polo.
 Quattuor & Mundi mixiim primordia pugnant.
 Arida cum fiscis, algida cum calidis.
 In Chaos antiquum omnia denique confundantur:
 Ut cūm ignotus adhuc mens Deus orbis erat.
 Est Mundanarum talis confusiorerum.
 Quo Regna latet Tempore Iustitia:

D



PICTA
HVMANA ORIGO ET
FINIS.



N A S C I T V R ut solida frondosus ab arbore ramus
 Quam virgo impacti roboris intus alit.
 Sublimi & pulchros fundens cum palmita fructus:
 In spacium se effert arduus aërium.
 Sic pulchram exurgens ostentat fœmina prolem
 Terrigena & costis facta virago viri.
 Et sterilem fœcunda facit de prole parentem
 Stante tamen vitam robore cuius habet.
 Partibus aduersis sed constat vierque duabus.
 Iuncta & hypostasis est corporis, ac animi.
 Igneus est animis vigor, & cœlestis origo:
 Corpora de terra sunt generata luto.
 Hinc & corpus humi firmis radicibus haret.
 Ad cœlum adspicit spiritus Empyreum.

NOX HABET CONSILIVM.



*E*RVAT ipse oculos sibi clarius ut videat quis:


*D*esipiet. Fecit Democritus sapiens.

*D*emocritus Sapiens Medico vel iudice Coo.

*C*æca die cui adstat Noctua nocte videns.

*A*DMONET hoc magnis quod postea rebus agēdis
*N*ox habet arcanum prouida consilium.

D 2



PICTA
MALEDICI POST
MORTEM.



EXERCITVS fusos sequuntur vultures,
 Corui loquaces, garrulæ Corniculæ,
 Escam iacentum odorantes cadauerum,
 Ac moribus conuellicant suis viros
 Virtutibus fortissimos, sed mortuos.
 Viuis quibus nihil nocere fas erat.
 Ac splendidos primùm petunt hominum oculos.

TALES aues inauspicatae, denotant
 Clandestinos hostes, hiantes funeri.
 Qui quos timebant: cùm forent superstites:
 His mortuis calumniosè detrahunt.
 Conuicijs, iniurijsq; maledicis.
 Tolluntq; in primis honorum lumina.

NOXIA COPVLATIO.



ENECAT amplexu serpens hedera arboris altae
Quo sustinetur stipitem.

SIC & amica procax hedera formosior alba,
Lentis adherens brachijs:
Quem semel amplexa est: lasciuo occidit amore
suggens opes, & sanguinem.

D 3



PICTA
NATVRAM ARS NON
MVTAT.



INDOCILE ingenium si pergas velle docere:
Infælix operam perdas, ut si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno.
Qui cum quadrupedum in morem videatur equorum
Tollere posse caput: gressus glomerare superbos:
Hunc tamen aut frenis, aut si calcari bus vrges:
Auriculas demittit iniqua mentis asellus
In terram, & pedibus posticis calcitrat. Ergo
Desine. Nam nunquam Ars Naturam vincet. Equusque
Nunquam ex degeneri fiet generosus asello.
Et nunquam ex stolido cordatus fiet, ab arte.

EX MAXIMO MINIMVM.



HAE Sunt Reliquiae Sacrarij, in quo
 Fertur viua Dei fuisse imago.
 Hac est illius, & domus ruina,
 In qua olim Ratio tenebat arcem.
 At nunc horribilis figura Mortis.
 Ventosum caput, haud habens cerebrum.

D 4



PICTA
NATVRA OPTIMA DVX
SEQVENDA.



SAXOSI montes sidunt grauitate d'orsum
 Quos Natur'a suprà scandere posse vetat.
 Attamen hos super impositos struxisse Gigantas.
 In cœlumque viam vi petuisse ferunt.
 Vt raperent superum regnum cœlest'e Deorum,
 Qui varia in forma corripuere fugam.
 ECQVID id est aliud, quām quos Natur'a vel ipsa
 Dictat ab effectis, velle negare Deos?
 Et contra genium sese obfirmare potentem,
 Qui fugiens varijs ludit imaginibus.
 OPTIMA Dux rerum semper Natur'a sequenda.
 Quaratione animis dictat honesta bonis.
 Namque reluctari Natur'a, est more Gigantum
 Bellare: & temerè wros d'eos aut' uiaxai.


POESIS:
CRASSA IGNORANTIA.

37



TALE Gigantæum legitur genus: ut nihil altum
Cogitet. at spernat, vel neget esse Deum:
Et tantum quantum sensu exteriore mouetur:
Commodat ad præsens se, vel ad id quod adest:
Hoc genus Anguipedum. Mythici finxere Poëtæ.
Quorum affectus humi (segnis ad alta) repar.

D 5




PICTÆ
MVLIER VMBRA VIRI.




V M B R A suum corpus radianti in lumine solis
 Cùm sequitur refugit:cùm fugit insequitur.
 S I C sunt Naturæ tales muliebris Amores
 Optet amans,nolunt:non velit,vltrò volunt.




P H O E B U M virgo fugit Daphne in uicta sequente.
 Echo



ECHO Narcissum dum fugit insequitur.
ERGO voluntati plerumque aduersa repugnans
Fœmina, iure sui dicitur umbra viri.



STVLTORVM QVANTO STA-
TVS SVBLIMIOR: TANTO
MANIFESTIOR TVR-
PITVDO.



A D F O R M A M , gestumq; hominis quadam tenus vsq;
Simius accedit: dum sedet aptus humi.

Altius at quanto se effert: tanto magis ipse
Apparet culo Simius esse glabro.

S I C & personati homines, quos gloria tollit,
Quo magis alta petunt: sunt mager ridiculi.
Sic & Brutus homo, qui se maiora capebat:
Ridiculus proprio proditur indicio.


ΑΛΕΚΤΡΥΟΜΑΧΙΑ.



IN VOLEVRES aquilas, in vulturiōs uera paces,
 Diuersæ aut alias conditionis aues.
 Cristati nunquam committunt prælia galli,
 Pro præda, aut generis nobilitate sui.
 At pro Gallinis victoriae amore salaces
 In Gallos Galli bella cruentia mouent.
 In genus atque suum sunt acres. cætera molles.
 SOLO vtinam similes nomine, Gens, & auiss.



PICTA
INDVLGENTIA PARENTVM
LIBERIS NOXIA.




PLANT VLA quæ veteri de stirpe sub arboris vmbra
Pullulat: haud temere ad frugem procer a ferendam
Peruenit: aſt imis humiliſ radicibus hæret.

Sic puer vmbroſa patris nutritus in æde,
Inq̄ ſinu matris, vix vñquam ſe arduus effert.
Vix vñquam frugi eſt. Ad claros crescere honores
Auertens lucem quem non ſinit vmbra parentum.
Sed ſedet vſque domi ignauus, producere fructus
Qui poterat latetos, alium translatus in orbem.

NAM Q VE altæ frondes, & rami matris opacant,
Crescenti q̄ adimunt fœtus: vrunt q̄ ferentem.

VT necat ergo ſuos arbos vmbroſa ſtolones.
Blanda Patrum ſegnes facit indulgentia natos.
Mollior & matrum nutritio, frangit alumnos.

EX SORDIDIS PARENTIBVS,
HONESTI LIBERI.



INTEGER, & bellus puer hic est natus, vtrinq;
Ex patre Centauro, matreq; subitus Equa.

BARBARICIS istud plerunq; parentibus ortes
Ingenuo pueros indicat ingenio.






O Q V A M hæc porta fuit meritò scelerata vocata:
 Quæ tantum admisit per sua claustra nephas!
Iret in amplexus ut amati Tullia Prisci,
 Per patris occisi corpus adegit equos.
Oderat ánne patrem? Non. sed Tarquinium amabat.
 Iste libidinis est: is pietatis amor.
Cumq; duo affectus traherent hinc inde potentes.
 Corpora præposuit viua cadaveribus.
Hunc memor esse virum, ast illum oblita esse parentem:
 Est malus ergo pij victor Amoris Amor.
Hem quis Amor? calcare patrem? sectari alienum?
 Non Amor est certè. Sed furor, & rabies.



COPIA opum, rerum Ignorantia, stulta Iuuentus
Illusis animum sensibus exoculant.
SIC UT honos, virtusque minus, plus pulchra voluptas
Complaceat. Docet hoc iudicium Paridis.
Iunoni Venerem qui prætulit: atque Minerua
Filius ut Regis, Rusticus, & Iuuenis.



PICTA
EMENTITA SPVRIORVM
NOBILITAS.



FILIVS es Solis. Puer de patre roganti.
 Conscia respondit mater adulterij.
Na verum dixit! quod possit adultera quævis
 Dicere: namque hominē Sol, & Homo genera
SIC referunt Proceres ad patres: nomine natos
 Ha& quæ ementito nobilitare volunt.





PIETAS VINDICTAM AVERTENS.




PER catulos iactos Tigri pernice morata,
 Ad mare venator callidus usque fugit.
 Deten cum fugeret, sequeretur Iasona Colchis:
 Est se insectantem sic remorata patrem.
 Absyrtum fratrem puerum laniavit: & eius
 Membra per oppositum tabida sparrit iter.
 Patre pio ut fili sparsos dum colligit artus:
 Impia tardato filia profugeret.
 FABVLA quid sibi vult? Nimirum quod mala sape
 Ulcisci pietas crimina non patitur.

E 2






CVM differendo qui spiam
 Sic fallit: ut verbis eum
 Contrarijs oratio
 Sua ipsius redarguat.
 Tunc urget aduersarius
 Battologiam mendacij
 Ad usque metam non loqui
 (Vulgo in scholis ut dicitur)
 AN non id est conuertere
 Victimum virum in saxum silens?
 SIT ERGO CONSTANS VERITAS.



PASTOR utramque Iupi securus dormit in aurem
Cum vigiles ouibus sentit adesse canes.

DULCIA sic Princeps positis agit otia curis,
Cum fidos populo præposuit Satrapas.

E 3





MAGNORVM in orbe Principum
Næ magna maiestas, Deum
Accedit ad potentiam!
Quorum in manu mors, aut salus.
Nam verbulo, vel nutibus
Quod imperant: fit illico.

EN Rex homo throno sedet.
Armata circumstat cohors.
Homo sed alter supplicans
Adest præhensus, qui suæ
Vitæ, necisue pendulam
Procumbit ad sententiam.

O QVANTVM HOMO PRAEST AT HOMINI
O veritas prouerbi!
Αὐθηπον οὐ θεων θεὸς

ΑΥΓΑΝΘΡΩΠΙΑ.



TYRANNICI Satellites;

Qui seruiunt libidini,

Necnon alendo luxui

Tyranni agentis otia,

Vorantisque gentem suam

In regia protervia.

Et qui ministrant somitem

Libidinis pecuniam.

Dolo, rapinis, cædibus,

Et opprimendo subditos

Innoxios, & simplices,

Oves velut deglubiles.

NAE illi rapaces sunt Lupi?

Crudeliores vel lupis!

O QVANTVM HOMO NOCET HOMINI!

O veritas proverbij.

Ἄνθρωπος καὶ θώπυλός τοι.

ALITER.

MVTARI humanam quis credat posse figuram?

Atque homines factos esse repente Lupo?

An'ne Lupi fiunt: queis facta protervia? quorum

Res perijt. fisci cuncta vorante gula?

Quosque fame errantes in sylvas cogit egestas

Rapto viuentes, atque latrocinio.

Quique viatores, vt oves, grassando trucidant

Aυθρωποι: αυθρωπωις νανοι εγι λυνοι



IMPOTENTIS VINDICTAE
FOEMINA.



DILANIAT - Tigris rabiosam Hyrcana seipsam.

Et lacerat carnis propria membra sua.

In quemuis alium quoties sanguire negatum est.

Impatiens ira tanta furit rabies.

SIC MEDAEA suos, Progne sic impia natos

Occidere: quia non potuere patres.

Illa duos pueros, iugulauit ad ora parentis:

Hæc in dira patris prændia coxit Ithin.


O SEXVS cupiens vindictæ, at viribus impos,

Hyrcana mulier Tigride sanguis magis!


E S



C R V D E L E S homines humano sanguine fusos
 Phthirias si certum est interisse putri
 Exemplum Herodes, & felix Sylla, perempti
 Corpore per cunctos vermiculante poros.
 Ut qui multorum cor expleuere cruore:
 Cor, rōsi à multis sanguigenis pereant.



MAGNVS LABOR CASSVS.



EXERCET partes pila sphærica corporis omnes,

Ora, manus, oculos, brachia, crura, pedes.

Quique pilam ludit: motus incompositos dat,

Corporis affectus concipit & varios.

Nam modò lœtitia gestit: modò rumpitur ira.

Flet, ridet, dubium spesque metusque terrent.

Denique non agit, at satagit conamine multa.

Idque pilam circa, rem minimi precij.

Scilicet ex membris tanto sudore solutis,

Vt nullum existens inde super sit opus.

SIC faciunt (aliter quam vult Prudentia) qui dant

Difficiles operas rebus inutilibus.





CVM IOV E pro votis Semele est congressarogatis
Maiestate tonans qua solet esse Deus.
Non tulit atherios corpus mortale, tumultus.
Et perijt votis ambitiosa suis.

CONGRESSVS mouet id fugiendos esse potentum;
Qui tandem perdunt: quos sibi consociant.
Ergo potestatis fugito consortia magna,
Téque (alicui si vis iungere) iunge pari.



A MATRIMONIO ABSIT SVSPICIO.



Z E L O T Y P O vxorē Cephalo pulcherrima Procrin
Suspectam facies fecit adulterij.

Z E L O T Y P A E vxori Cephalus suspectus adulter:
Auræ sape vocant lene refrigerium.

Hicque fidem vxoris pertentans munere, sensit
Venalem donis esse pudicitiam.

Et dum quæreret id, quod non reperire volebat:
Perdidit vxorem per nemora alta vagam.

Illa virum obseruans, dum post carecta lateret:
Quod dederat telo concidit icta suo.

Hic ratus esse feram torcit telum, illa recepit.
Hos habuit fines suspicitus Amor.

Ergo quod à Caio perhibetur Cæsare dictum:
Esto legitimi lex rata connubij.

C O N I V G I V M F O E L I X inquit N O N C R I M I N E S O L V M:
C R I M I N I S A S T E T I A M S V S P I C I O N E V A C E T.



PIVRIBVS armatis obſiſtat vt vnuſ: inermis
Quantumuis præſtans robore. Quis potis eſt?
Ergo manus dat captiuus quaſi ſponte ligandas.

Liberi & ex hominis conditione cadit.

Semihom̄oque caput fit libertate minutum.

An non hoc ſatiuſ quam male in alle moriſ?

SIC cùm ſtultorum numero ſententia vincit
Cedatur, ſolum nec iuuet eſſe Sophon.

ΑΜὴν ισχυρὸς αὐτῷ ἀείνεα τοτέδηρ ἐπισποι


Εἰν ἀντίμαχος εἴ τλεόνεαγι μόνον

Ἀνθρακοι καὶ τλεόνεαγι μαχήσαծ τερὶ γνωμάνις,

Ως τεριτοῖς τολεμοῖς εἴτι γὰρ ἀργαλέον.



INTERMINABILIS HUMANA
VITAE LABOR.



SISYPHON Aeo'iden vates apud infera regna

Damnum tali suppicio esse ferunt.

Vrgeat vi celsam in rupem reuolubile saxum.

Quod ruit in præceps vix bene compositum.

Tollere rursus idem ruiturum cogitur: & sic

Scandens, descendens, irrequietus agit.

SISYPHVS is mortalis homo est, reuolubile saxum

A eternū durans durus adusque labor.

Quidam natus homo miser est apud infera regna,

Infima enim terra quid iacet inferius?

Tollere qui cassos noctesque, diésque labores

Cogitur: assiduas itque reditque vices.

Vespere dumque putat finem imposuisse labori:

Incipiendum iterum mane recurrit opus.



PICTA
TECVM HABITA.



DAPSILIS ad mensas animalia cuncta vocarat
E terra, atque mari Iuppiter eximias.

Cuncta simul venere. epulo Testudo secundo

Venit eamque moræ Iupiter increpuit.

Quærenti caussas, ΟΙΚΟΣ ΦΙΛΟΣ ΟΙΚΟΣ ΑΡΙΣΤΟΣ
(Φησίρ) Εὑ σίνω γε βέλτιορ εῖ μενέιρ.

Tardigradum cocleam domi portam, sanguine cassam.
Ex illa edixit Iuppiter esse die.

ADMONET hoc sectanda gradu conuiua tardo,
Atque domo propria dulcius esse nihil.


Πλαγήσοις ας δ' θνεῖ καινώτερορ ἀλλοβροτοῖσιρ
Οἰκοφροσφύγιορ δ' ἀσφαλὲς εῖ φίλος.

PRINCEPS IVSTITIAE AD-
VIGILANS.



S C E P T R U M oculo superimposito gestabat Osiris
 Rex Pharius: quo non iustior alter erat.
 Sceptrum iustitiae est index, oculus nota sacra
 Mentis, quæ nunquam non agit, & vigilat:
 R E G I B V S exemplū præbens (quod munus eorū est)
 Iustitiam ut vigili distribuant animo.

F



INVIDIOSVM QVAM MISERVUM
ESSE PRAESTAT.



S P L E N D I D A si nequeat laus, aut fortuna parari
Inuidiæ sine latratu morsuq; canino:
Inuidiæ potius subeunda pericula tristis
Quām miseræ vita. S C Y L L A M ergo finxit Homerus
Candidi succinctam latrantibus inguina monstros
Dulichias vexaserates: & gurgite vasto
Ah miseris nautas canibus lacerasse marinis.
Quod minus esse malum quā nigrā intrare Charybdin
Vortice mergenti, sic filia Solis Ulyssi

Dixit.

Dixit. Μὴ σύγε νέδι τύχης ὅτε ροιβδήσαιεν
 Όυ καὶ εὑρίσκωτο σ' ὑπ' ἐν πανδόξῳ Ενοσίχθωρ
 Αλλά μάλα Σκύλλης σκοπέλω τεπλημένος οὐκα
 Νῆα ταρεξέλασι. ἐπειὰ τοιὲν φέρτεροι οὐδὲ
 Εὖ ετέρροις ἐπ' οὐκὶ τοτίμησι: οὐδὲ ματάσ.

INVIDIA obtrectans monstrosa est Scylla caninis:
 Funditus at mergens Paupertas: vasta Charybdis.
 Incidat in Scyllam qui vult vitare Charybdis.
 Allatrat liuor mordax. absorbet egestas
 Ex vitroque malo minus elige. Qui sapit: optat
 Inuidiosus enim magis quam miserabilis esse.

F 2






Ex PVLICE, Antiquo Poëta. HERMAPHRODITVS
CVM mea me genitrix grauidagestare et in aluo:
Quid pareret:fertur consuluisse Deos.
Mas est (Phœbus ait) Mars, Fœmina. Iunoq; neutrū.
Cūmque forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum. Sic Iuno ait. Occidet armis.
Mars cruce, Phœbus aquis. Sors rata quæq; fuit.
Arbor obumbrat aquas, ascendo. decidit ensis
Quem tuleram. casu labor & ipse super.
Pes hæsit ramis. caput incidit amne, tuliq;
Fœmina, Vir, Neutrū, Flumina, Tela, Crucē.
Græcum

GRÆCVM SIC EXPRESSIT
POLITIANVS.

ἘγκυΘ· ἔστα γάγη τέκεΘ· τερὶ Φοῖβομ, Ἀρῆα
Ἡρῆ τὸς ἀματρεῖς εἰξερέεινε θεὸς
Ἀρσενα Φοῖβο·, Ἀρης θηλὺν φάτο, καὶ οὐδέτερομ δὲ
Ἡρη. τάνδ' ὑγιῶς ἈνθρόγυωΘ· γῳ ἐφυ.
Ἐιρομμένης μὲν μόρομ. ΜόροΘ· οἱ ξίφοΘ· ἐχραεψηρη
ΣτᾶμροΘ· Ἀρης, ΦεῖβοΘ· κύματα. τάντα ἀπέβη.
Δένδρῳ ἐφειδήκει: τέσε δοι ξίφοΘ·, ἀντὸσ' ἐπ' αὐτῷ.
Ἡριπεψηρη μὲν τότα μορη κύμβαχοΘ· ἐκ μὲν τοδοῖη
Ἡρδη ἀπ' ἀκρεμένωρ. Θάνε γάρ θηλὺς τέ, μὴ στρέψῃ
Καὶ οὐδέτερομ δάμρῳ, κύμασι, μὴ ξίφέει.

F 3





SOLA QVIES tenebræ, nox, sollicitudo, pauores.

Per mala conturbant somnia Maniacos
Terribili spectrum videantur ut ore videre

Triste Melancholicis quod sit imaginibus
Sic vidi se suum Brutus cacodæmona dixit.

Quem præsumptum animo finixerat ipse sibi.
Credimus? A' nne pauent hi qui sibi somnia fingunt

Obuersatur atrox Mortis Imago quibus?
Ergo toro surgens, somnum, tenebrasq; perosus

Aeternum ad somnum fugit, & ad tenebras.
Incubuit gladio moriens, ut ne moreretur.

Quid poterat gladio peius ab hoste pati?
Sed male conscientia mens, & sanguis Cæsarianus,

Vlricem vrgebant in sua fatalmanum.
At securus agit cui mens est conscientia recti.

Vana nec umbrarum spectra videre putat.

CURIOSITAS MVLIEBRIS.




PALLADA quod puduit: clausum in spexere ministre:
Quid fæminis est curiosus malis?

F 4



FVTLITAS, LIBIDO, ET AVARITIA MERETRICVM.



IN COITV occidit proprios de nocte maritos
Nat arum Danai perfida progenies.

Crimen ob hoc, haurit pertusis flumina vas.

Quæ nunquā expleri (quod fluat vnd.i) que ūt:

P E R T V S V M Meretrix vas est, rimisq; fathiscens

Perfluit hac, illac, continet atque nihil

Seu spectes animum, seu corpus. perfluit omni

Parte, nec arcanum, nec venerem retinet.

Adde quod expleri vas insatiabile, vulua

Semper hians nequeat. sed nec auaritia

Ergo virum in coitu nocturno, (vt fabula signat)

Si qual libidinis est insatiata, necat.

Semper, & exhaustus futili vas ore: nec implet.

Ipsaq; vas portat: ipsaq; vas simul est.


Proinde velut meretrix imago libidinis ista

Insatiabilis est, sic & Avaritiae.

ANIMA IBI ANIMAT, VBI
AMAT.

DEMOPHOON ventis cùm vela, & verba dediſſet;
 Stabat arenosolittore Phyllis amans.
 Nauem rapta sequens oculis, & brachia tendens
 Huc: vbi iam fugiens spiritus eius erat.
 Spiritus, ac anima, hic animans vbi Phyllis amabat.
 Corpus & vt vitam, vita secuta animam.
 Quid mirum perijt si posteà Phyllis amore?
 Exanimum corpus viuere non poterat.

F 5





MITTE arcana Dei cœlumq; inquirere quid sit.
 Nec sapias plusquam debet homo sapere.
 Caucaso vincitus monet hoc in rupe Prometheus
 Scrutator cœli, fur & in igne Iouis.
 Cui cor edax Aquila in rediuiuo vulnera rodit:
 Materia pœnis sufficiente suis.

Ή δὲ τρομηθέν ἀχρίς πλάνει κέαρ ἐντερού ἐνδού
 Καρδιοβρόσυνος ὁμως ἀετοῦ ἐξίπ πάχτος.



'PERVERSA IUDICIA



IUDICE sub Tmolo concertauere canentes
 Pan Pastor calamis, Camor Apollo. lyra.
 Et prolatu Midas fertur sententia, suaui
 Stridula cui melior tibia censa cheli.
 Ob quod tam absurdum indignatus arresto Apollo.
 Illi Asini longas indidit auriculas.
 Auriculas Asini fatuus Rex notus ut esset.
 Dignastam stolidi iudicio capitis.
 SVNT quibus eloquio sapiente, oquentia vana
 Plus placet: & vero simplice euolēmusq;
 Ovtinam insignes asininis auribus essent.
 Ut posset fatuos noscere quisque Midas.
 Dicere quos merito, licet inuersos Apuleios,
 Nam facie humana, cætera sunt Asini.



GNOSIA PASIPHAE tauro ut frueretur amato
 Factoris arte Dædali.
 Dicitur in vaccæ sese assimilasse figuram
 Inclusa fabrili boue.
 Fabula. credibili sed re.nam Pasiphaë ipsa
 Domo latens adultera,
 Taurus adulter erat, quem admisit non alienum
 Secuta taurum, sed torum.
 In quam non etenim se vertit fœmina formam,
 Ut expleat libidinem?
 Meßalina Lupæ titulum mentita Lyciscæ
 Augusta Lais prostitit.

VNIVS DEI AETERNITAS.



INNVMERABILIVM seclorum millia fertur
Viuere Arabs Phœnix vnic a semper auis.
Ex se ipso nascens, ex se reparabilis ales.

Quæ exoriens moritur: quæ moriens oritur.
Nam dum deficiens solis se torruit igni:
Nascitur è flammis mox rediuita suis.

CREDIMVS? An vanū reputamus quod peregrina
Dicere libertas audet in historia?


CREDIMVS. Et certè est volucris sub imagine, viuēs
Aeternū Phœnix vnicus ipse Deus.

A se principium capiens resolutus & in se.
Semper & exoriens luminis igne sui.

VNVS PRO MVLTIS.



VNVS pro multis dandum caput: atque salutem
 Multorum in fatis vnius esse viri
 Fratribus occisis ostendit Horatius. vnus
 Tergeminos fratres vincere qui potuit.
 Cuius pro tota vnius victoria gente,
 Romano Albanum subdidit imperio.
 Exemplumq; dedit cæsalachrymante sorore:
 Quam diuersus amor sanguinis, & patriæ.





A D F R U C T V S palmæ veniunt puer vnus, & alter.

Hic suprà ascendit, pronus at ille iacet.

I S Q U I A D R A D I C E S de sperans substitit imas

Præstat opem erecto, supedijq; vicem.

Q U I V E R O ascendit: fructus decerpit: & ex ijs

Largitur socio: participemq; facit.

C E R T A M E N studij, & doctrinæ gloria, Palma est

Ad quam contendunt ingenui pueri.

Q U O R U M ali puchro victi in certamine, tollunt

Victores: & ijs corpora subiiciunt.

Q U È I S tamen excerptos prudentiæ ab arbore fructus

Dant impertitos, consilioq; iuuant.

N O N omnes quicunque student: profectibus & quis

Ad frugem veniunt. deficit at bona pars.

Q U I nitentur enim ad summum: illis altius ibunt:

Qui circa exordes infima substiterint.



A SPICE mutatos Delphinum in corpora nautas
In rate pampineis frondibus implicita.

Quam remorat am alij remis, ac arte gubernant,
Principes alij sub vada caca natant
Est in puppe Deus. quem supplex vnus adorat:
Diffugiunt variæ transtra per alta feræ.

O PT I M A signatur Respublica imagine tali:
Turbida quam circum multa negotia stant.
Namq; Deum in summo residentem Ecclesia placat.
At proceres, urbem proratione regunt.

Esse φιλαρθρωπος quos (vt Delphinas) oportet.
Vt genus & ciues prorsus amare suum.
Nec per magna etiam dubitare pericula mergi,
Vt respublica sit libera seruitio.
Sic & amatores hominum, latræq; Deorum
Vrbi cum fuerint: nulla tyrannis erit.

NON NOBIS NATI.



MEL Homo cum cera rapit ex aluearibus ipsis
In disco longi fertq; laboris opus.

Mel homini, cera amque Dijs aluearia fingunt.
Sic vos non vobis _____

Non sibi sed domino serit, & metit aruacolonus.
Sic vos non vobis _____

Non sibi, sed domino premit vestram vinitor viam.
Sic vos non vobis _____

Non sibi, sed domino carpit sator arbore fructus.
Sic vos non vobis _____

Non sibi patronus, sed nouit iura clienti.
Sic vos non vobis _____

G Non sibi, sed Regi

Mellifi

Non sibi, sed Regi miles gerit arma: tamen si
Occidit in bellis: occidit ipse sibi.

Nec sibi (cum superat) vincit. pro principe vincit.
Sic vos non vobis

Non sibi præscribit Medici sumeda, sed agris:
Sic vos non vobis

Non sibi, sed populo cantant sua carmina vates.
Sic vos non vobis

Non sibi docti homines scribunt, sed posteritati.
Sic vos non vobis

Non sibi, sed cunctis opifex sua in arte laborat.
Sic vos non vobis

Ad nullos minus, ac autores peruenit acti
Fructus, viuit, agit denique nemo sibi.

Me
tis a



SVMPTVS, & QVAESTVS.



TEMPORE quæ gignit fœtus, ac lactat eodem
Bestia prolis amans, est Lepus Aegyptius
Dumque superfœtat: parit, & coit, ac alit vniā,
Nec patitur vacuum seminis esse vterum.

EXEMPLVM, qui rem profundit, vt augeat idē.
Dum facit & sumptus, sic quoque lucra paret.
Nec penitus loculos vñquam patiatur in anes,
Sed quæstu expensas vberiore leuet.

G 2



PICTA
PERDITA IUVVENTVS.



FRVGIS PERDA *Salix*, cui dat circunfluus humo
 Nutrimen, calamos inter arundineos.
FILIVS est cui patris opes alimenta ministrant,
 Ut fluat in molles vndique delicias.
 Inter adulantum pulchras specie, sed inanes
 Turbas, blanditiae flexilis & Coracæ.
 Actatis cum flore sua qui se mina perdens
 Virtutum: nulla postea fruge valet.



DEFLORATIO.



CUM VENVS alma Rosam in spineto carperet alba:
 Læsit acuta Deam vulnere spina leui.
 Sanguis & exilij quo mox Rosa tincta, colore
 Traxit (quaeruerat candida) purpureum.
 SIC VENVS etatis florem cum excerpit, in alba
 Virgine fit punctum plaga, cruxque fluit.
 Quæq[ue] prius medio Rosa candida floruit horto:
 Panditur explicitis suave rubens folijs.

G 3





PERSONAT aurata cithara crinitus Iopas,
Cum risu spectans sexus uterque sedet.
Simius at media saltat vestitus in aula.

Sic hominem simulans, ut videatur homo.
Tānque sibi ipse placet saltans, homo credat ut esse.
Ridiculus cunctis Simius attamen est.


DEDICOROSA hæc est hominis saltatis imago;
Clunes sub crotalo dum mouet, atque pedes.
Dat motus incompositus: numero meditatur
Respondere pari, conueniente pede.
Dum studet ac vni stultæ placuisse puellæ:
Ridendum se alijs omnibus exhibuit;
Si quis ut ignarus sit consuetudinis huius:
Insanire putet quem videt hoc agere.

GVLA SEV VENEFICIVM.




PISCIS INESCATO Labrax ut prenditur hamo
 Sic gula permultis attulit exitium:
 V'ique renitentem pescator ab aquore piscem
 Vi trahit ad terram, morte latente cibo.
 Sic bæredipetæ, captatorésque, veneno
 Tuctis sape trahunt morsibus ad tumulum,

G 4




**PICTA
STVPOR ADMIRATIONIS, EX
ARMORVM, & LITERARVM
PRAESTANTIA.**




INDITA BELLONAE Sapientia, & arma Minerua
 Gorgonis os clypeo quæ gerit anguicomum
Verit, & hoc monstro homines in saxa rigentes
 Cernere tale oculis qui voluere caput.
SCIRE cupis quid significet Panoplia talis
 Pallados armata, monstrifer æque Deæ?
LITTERÆ & ARMA (quibus Sapiëtia, palmaq, victrix
 Quæritur) hæc duo sunt inclyta præcipue:
 Quorum homines rapit admiratio tanta: stupore
 Desixos, vt eos saxa quis esse putet.



QVI SE NON NOVIT BELVA EST
NON HOMO.



ILLUD de cœlo descendens ΓΝΩΣΙΣ ΣΕΑΥΤΟΝ
In templo Delphis extat A pollineo.
Omnia cui cedant diuini oracula Phœbi,
Ecquid enim melius, quid sapientius est?
Te ergo nis noris Sunamitis, bestia fies
Atque sequere tuum Buccula facta gregem.





SIC VIT fortis equus spatio qui forte supremo
 In bello, aut cursu vicit Olympiaco:
 Postea confectus senio tardante, quiescit:
 Pérque alios currū præpete fertur equos.
 Id quod Alexander veterum memor officiorum,
 Bucephalo fieri iussit & ipse suo.

QVANTO iustius est: ut honeste atate peracta,
 Patres annosos sustineant iuvenes?



VIRTUTES INGENITAS VITIA
ERUMPENTIA EXPELLUNT.




CANDIDVL AE, & nudæ cœlestis origine regni
Virtutes homini protinus ingenitæ:
Æ terra vitij homini erumpentibus atris
Armatisque, in cœlum unde fuere, volant.

SCILICET esse simul nunquā contraria possunt,
Lucida nocte dies ut veniente fugit.
Id sit ubi spectat radix rabiosa malorum
Non cœlum. solum sed salōn, atque solum.



PICTA
AVARVS INOPS.



TANTALVS à labris sitiens fugientia captat
 Flumina: & esuriens carpere poma nequit:
 Fructus plena labris nā quæ imminet, effugit arbos.
 Et refuga est mento quæ sluit vnda tenus.
 Sic miser in liquidis sitibundus Tantalus vndis,
 Frugibus in medijs esurit atque sitit.
NOMINE mutato de tenarratur Auare,
 Fabula: qui multas pauper esinter opes.
 Quas non attingis, nec scis quem præbeat vsum
 Nummus: at in censu diuite, viuis inops,



AMORVM PROGRESSVS.



HO G altare tenent mater *Venus*, atque *Cupido*
Filius, ardenti cum face tela gerens.
Adstat *Olor* sua fata gemens, geminique columbi.
Iungere qui *insertis* oribus ora parant.
HAE C est effigies depicta libidinis, ut quæ
Ardet in affectu, *vulnus*, & intus alit
Accedens propius, mox oscula iungere gestit,
Suauiat, & *Veneris* denique rem per agit.
Post factum fecisse piget. cùmque acceleratum
Aut senium, *aut* lethum sentiat esse: gemit.
ERGO libidinei mysteria monstrat Amoris
Singula in hac araque stat imago sacra.
Affectum, *vulnus* penetrans cor, & oscula tactum:
Et factum, sequitur quod metancæa gemens.




VLTIO AFFECTATAE TYRANNIDIS.
DEVS SUPERBIS RESISTIT.




ASPICE crudeles dantem Salmonea pœnas
 Altitono (est ausus quem simulare) Ioui.
 Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen.
 Aeris ponte citis est imitatus equis.
 Verum igitur fulmen (voluit quod fingere) sensit:
 Dixit & hac moriens: dicere vel voluit.
PARCITE mortales imitari velle tonando
 Immortale Deum numen, & imperium.
 Parcite velle sequi & dicta, & facta potentum:
 Quod minit amur enim: iudicio patimur.

HOMO CVM IN HONORE ESSET:
NON INTELLEXIT. & COM-
PARATVS EST IVMENTIS.



HUMANA in magno cùm Natura esset honore
Non agnouit, & est æquiparata boui.
At postquam proprio speculata in fonte: seipsam
Vidit, & ut vidit, nouit, & erubuit.
Amplius & terræ sese adclinare grauata:
Exurrexit: & os substulit ad superos
Agnouitque Deum, & Rationem. protinus illi
Reddit a imago Dei, pristina forma fuit.



FORTE profecturi quinque, aut sex ad mare Riu-
 Conuenere simul rupe sub aëria.
Consilioque habito, visum est coeuntibus vna
 Ire patrem versus fluētibus Oceanum:
Viribus ut plures iunctis maioribus essent,
 Nec se exiccarent aestus, & ariditas.
Ergo quod ad naues potuit satis esse vehendas:
 Fecerunt mistis nabile Flumen aquis.
Vnus at indignans alijs se iungere riuis:
 Solus in aridulo restitu alueolo.
In genua acclivis contraxit membra, nec vltre
 Fusus, ad Oceanum tendere non potuit.
Quin etiam lachrymis penitus defecit abortis
 Fons ipse arenti puluerulentus humo.
EXEMPLVM minimis hoc mercatoribus esto;
 Qui querunt magnas per mare diuitias:
Ne socios fugiant: simul at commercia tractent.
 Nam si non possunt singula, cuncta valent.

SUMMA IMPRIETAS.
ἌΘΕΟΣ, ΚΑὶ ἈΠΑΤΩΡ.



ASTRONOMON vulgo conceptus fortè rogabat:
Esset in hoc Mundo quo patre progenitus?
Huic ille ostendens cœlum, Casmique sedentem,
Hic pater est (inquit) corporis, ille animi.
Cui puer īdignās. QVAE SVPRA NOS NIHIL AD NOS.
Et genitum tali me piget esse sene.
OS SUMMA impietas, non velle agnoscere patrem!
Factorēmque sui non reputare Deum!

H



PICTA
SINE CERERE, & BACCHO
FRIGET VENVS.



LIBER, & alma Ceres Venerè comitantur utring;
 Aureaque altari stat Venus in medio.
 Δημήτρ' εἰς Βίον ἐξίη Αμαλθέας νέρας αὐγός.
 Καὶ ταφύλη Βάνχω οληματικὴ Βρομίω
 SCILICET id signū quod ibi Venus est: ubi abūdat
 Copia magna cibi, copiamagna meri.
 Spumat enim feruente mero de ventre libido,
 Atque cibo. sine quēis languet, & alget iners,



MILITIA EST VITA HOMINIS
SVPER TERRAM. IOB VII.



CONCVRRVNT Equites Cataphraeti utrinqꝫ duello:

Ἐπεὶ τύλι τλέμεν γραφτοῦ ἐξὶ νόμῳ.

GLORIA PROPOSITA EST VICTORI, INFAMIA
VICTO.


Ἐκ συνοπίας δὲ ὅρᾳ αρχὸς ἀγωνοδέthes

MILITIA est hæc, vita hominis, dum vivit in orbe.

Οὐρανόθερις θεάτης ἐξὶ θεὸς βασιλὺς

Scripta palam lex est in Mose Euangeliōque
Πάντες ιασι. μόνος αλλὰ βραβεῖον ἔχει.

H 2





CAROLVS occiduæ Princeps Austrasius oræ
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.
Iuppiter in cœlo, terrarum Cæsar in orbe,
Inter hic humanos imperat: ille Deos.
Nec mirum. Mars fortis enim, sapiensq; Minerua
Dant manibus præsens talibus auxilium.

PARVA FORIS SVNT ARMA, DOMI NISI CON-
SILIVM SIT,

Magnanimus, prudens, Cæsar vtroque viget.
Vt nunquam (his velut Hercules firmata columnis)

Gloria Cæsarei corruat imperij.
Nec dum finis hic est. Duce sed virtute, sequentem
Fortunam euentis proferet VLTERIVS.

Impediat nisi qui DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM.
Crescit, & hunc cogat citerius regredi.

ΠΑΡΕΡΓΟΝ.

ΔΙΑ ΤΟΥ ΤΩΝ ΒΙΒΛΩΝ
ΠΑΕΩΝΑΣΜΟΥ.

DE PORCELLANI HOSPITII RVINA
IN TRES NOBILES AMASIOS
ADOLESCENTES LVGD.

1540.

TRES uno in lecto, simul una & nocte iacebant
Qui primæ iuuenes nobilitatis erant.
Dum duo colludunt: certantque uter inter utrumque
Dormiat: & Libro tertius inuigilat.
Fit fragor. Ecce repente domus ruit impetu grandi
Sorsque viris, nix, mors incubat una tribus.
Quadragesima annos, terquinque & verterat etiam
Secula. Lugduni tanta ruina fuit,
Quos pronominibus titulos habuere locorum,
Corbero, Circeiusq; ac Seneceius erant.
Tres unum ut fatum: tres unum habuere sepulchrum
Sic animis celum sit tribus una domus.
Amen.

DE IISDEM, AENIGMA.

TRES sine dente ruens occidit Adonidas unus
In multi capitis ventre Leonis Aper.
Qui prius ingenti sub mole fuere sepulti:
Extincti fato quam properante forent.

H 3

MIRABILIS EVENTVS HISTORIA

LVGD. 1552.

REDITVS AB INFERIS, SEV

ANABIΩΣΙΣ.

VIUVVS humum subiit, qui foderat ante sepulchrum
Ipse sibi, ingenti mole superposita.

Viuus & ad manes descendit: ut Amphiaraius
Hicque horas centum, & septuaginta fuit:

Horas, quas potuit tantum numerare, dies non:

Nullum namque vident infera regna diem
Hebdomadem durauit, agens tellure sub alta,

Lucis, somni expers, aëris, atque cibi:
Ergo quid interea fecit? babit. & babit vndam,

Quæ refluerebat eò, fluxerat vnde prius:
At postquam superis iam lux octaua refulsa:

Ac egesta cauo chasmate terra fuit:
Crediderant quem pridem homines perisse: repente

Alter ut Alcides, ad superos rediit.
Viribus integris, sensu, & sermone valenti,

Sanus ad extremos vixit & inde dies:
Quid mirum, infernis potuit si excedere regnis?

Vt iubet infera lex. ederat ore nihil.
Quam nisi dicta esset violasse Proserpina legem:

Ad superos salua legere uersa foret.

PORRO ne quis & hoc fictum putet esse: ego vidi

Scriptor. Quid visu certius esse potest?

Planus & gestam quiuis intelligat ut rem:
Citra figmentum sic habet historia.


Anno Domini M. CCCCCLIII. ad Nonas Februarij


Franciscus Pelusius Lugdunensis φρεατορύκτης enex se
tagenarius.dum in colle D. Sebastiani , in villa Ludouici
Dheiræi puteum foderet altū pedes 40. egesta terra desu
per irruenti ad profunditatem triginta quinque pedum,
oppressus est fossor viuus qui incumbentem pericilio : quod
forte præsens habuit tabulatum opposuit : sub quo recli
natus, & à cadenti mole protectus, aëris, & spiritus ali
quantum retinuit:quo septem dies, noctesque vixit,sine ci
bo & somno.sola vrina epota stomachum roborans,& o
mnis doloris expers,atque adeò mœsticie,Quinetiam spei
plenus(quam in solum Deum colloccarat)idem tamen auxi
ium sibi saluo inclamās, sed à nemine auditus. cùmtamen
pse superiorum motus,strepitus, & verba audiret:horasq;
sonates numeraret.Post septimum deinde diem,cùm ipsi
am conclamato pararetur pheretrū: effossusque esset ma
gna ex parte puteus,repente audita est vox eius de profun
dis clamantis:quamprimum secutus est pauor,ac si spiritus
exauditus esset subterraneus. mox clamore perseverante
niecta spes: & accelerata effossio:donec viuus,& valens
hausto prius vini calice per funē cuectus est:viribus adeò
integris:vt ad se tollendum neque se ligari passus fit:ne
que aliena ope vti voluerit. Sensu vero adeò sano, vt
etiam iocabundus , crumenaque prompta, & pecunia nu
merata, diceret se cum benignis hospitibus diuersatum:
ipud quos ne teruncium quidem per septem dies impen
disset, Et mox ad opus est reuersus superstes adhuc cùm
hæc scriberem.


Eodem tempore , ac in eiusdem Lodoici ædibus , aliud
accidit portentum. Felis namque domestica inter reliquos
fœtus numerosos enixa est catellum viuum monocepha
lon bicorporem,octipedem ἀρσενικὴ λυκοῦ,vtriusque se
xus corporibus sic inuicem cōplexis, & in vnum caput co
euntibus,vt amplectentiū,& osculantū specie præberent.
Quæ sanè signa salutis,abundatiæ,& amoris cōcordis præ
saga esse credūtur.Qui vidit testimonium perhibuit.

B. A N V L V S.


EXCVDEBAT
MATHIAS BONHOMME
LVGDVN.






















SPECIAL

87-B
2866

THE GETTY CENTER
LIBRARY

